



## **Divi Thomae Aqvinatis Doctoris Angelici Opera Omnia**

Summa diligentia ad exemplar Romanæ Impreßionis restituta

Complectens Tertiam Partem Summæ Theologiæ. Cum Commentariis  
Reuerendiss. D. Thomæ de Vio Caietani Cardinalis S. Sixti, Et Opvscvlis  
Eivsdem In tres Tomos distinctis

**Thomas <von Aquin, Heiliger>**

**Venetiis, 1593**

3. Vtrum totus fuerit in inferno.

---

[urn:nbn:de:hbz:466:1-72797](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-72797)

feno, nihil ualet in propofico, quoniam confat paradifum metaphoricè fumi, cum dictum est, Hodie mecum eris in paradifo. nam paradifus proprie fignificat hortum, feu delicias: quorum neutrum potest ibi proprie intelligi, fed tantum metaphorice. Infernus autem proprie fignificat locum, secundum confuetudinè fcripturæ, iuxta illud Gen. 37. Descendam ad filium meum lugens in infernum: & ad Eph. 4. Descendit primum ad inferiores partes terræ: gloriâ ad inferos. Hæc de tertio.

li. 13. Mor. e. 22. a. med.

potest. Quantum uerò ad eiusdem terræ altitudinè, & loca illa inferni, quæ superiora sunt aliis receptaculis inferni, hoc modo inferni profundissimi appellatione fignificantur.

¶ Super quæst. quinquagesimâ eundem articulum tertium.

**T**itulus ficut fonat intelligit. In corpore una est conclusio habens multas partes, f. in illo triduo Christus fuit totus in fe pulcro, in inferno & ubique. Probatur: in morte Christi licet anima fuerit feparata a corpore, neutrum tamen fuit feparatum a perfona filii Dei: ergo Christus totus, &c. Probatur confequentia: quia mafculinum genus refertur ad perfonam, neutrum autem ad naturam. Clara funt omnia in litera.

op. 3. e. 236.

q. 50. ar. 4.

li. 3. c. 7. cir. prin. 10. 9.

p. p. q. 3. lar. 2. ad 4. arg.

q. 50. arti. 2. ad 3. & 4.

siderari: uno modo, secundum quietem, quæ ibi erat a pena fenfibili, & quantum ad hoc non cõpetit ei nec nomen inferni, nec funt ibi aliqui dolores. Alio modo potest confiderari, quantum ad priuationem gloriæ fperatæ, & secundum hoc habet rationè inferni, & doloris: & ideo nunc dicitur finus Abraham: illa requies beatorum, non tamen dicitur infernus, nec dicuntur nunc in finu Abraham esse dolores.

**A**D QUINTVM dicendum, quod ficut Greg. \* ibidem dicit, ipla superiora loca inferni profundiffimum in infernum uocat. Si enim quantum ad celfitudinè cæli, ac ifte caliginofus infernus est, quantum ad eiusdem aeris altitudinè, terra quæ inferius iacet, & infernus intelligi, & profundum

ARTICVLVS III.

¶ Vtrum Christus fuerit totus in inferno.

**A**D TERTIVM fic proceditur. Videtur, quod Christus non fuerit totus in inferno. Corpus enim Christi est pars eius; fed corpus Christi non fuit in inferno. ergo totus Christus non fuit in inferno.

¶ 2 Præ. Nihil cuius partes ab inuicem feparatæ funt, potest dici totum: fed corpus & anima, quæ funt partes humanæ naturæ, fuerunt ab inuicè feparata post mortem, ut fupra dictum est. \* Descendit autem ad infernum mortuus exiftens. non ergo potuit effe totus in inferno.

¶ 3 Præ. Illud totum dicitur effe in aliquo loco, cuius nihil est extra locum illud: fed aliquid Christi erat extra infernum: quia & corpus erat in fe pulcro, & diuinitas ubique. ergo Christus non fuit totus in inferno.

**S**ED CONTRA est, quod Auguft. \* dicit in libro de fymbolo: totus Filius apud Patrem, totus in cælo, totus in terra, totus in utero Virginis, totus in cruce, totus in inferno, totus in paradifo, quo latronem introduxit.

**R**ESPON. Dicendum, quod ficut patet ex his, quæ in prima \* parte dicta funt, mafculinum genus refertur ad hypoftafim uel perfonam, neutrum autem genus pertinet ad naturam. In morte autem Christi, licet anima fuerit feparata a corpore, neutrum tamen fuit feparatum a perfona filii Dei, ut fupra dictum est. \* & ideo in illo triduo mortis Christi dicendum est, quod totus Christus fuit in fe pulcro: quia tota perfona fuit ibi per corpus fibi unitum, & fimiliter

**F** totus fuit in inferno, quia tota perfona Christi fuit ibi ratione animæ fibi unitæ: totus etiã Christus tunc erat ubique, ratione diuine naturæ.

**A**D PRIMVM ergo dicendum, quod corpus quod tunc erat in fe pulcro, non est pars perfonæ in creatæ: fed naturæ affumptæ; & ideo per hoc quod corpus Christi non fuit in inferno, non excluditur, quin totus Christus fuerit: fed oftenditur, quod non fuit ibi totum, quod pertinet ad humanam naturam.

**A**D SECVDVM Dicendum, quod ex anima & corpore unitis, conftituitur totalitas humanæ naturæ, non autem totalitas diuine perfonæ: & ideo foluta unione animæ & corporis per mortem, remanfit totus Christus, fed non remanfit humana natura in fua totalitate.

**A**D TERTIVM Dicendum, quod perfona Christi est tota in quolibet loco, fed non totaliter: quia nullo loco circumfcribitur: fed nec omnia loca fimul accepta, eius immenfitatem comprehendere poffunt, quin immo ipfe fua immenfitate omnia comprehendit. Hoc autem locum habet in his, quæ corporaliter & circumfcriptiue funt in loco, quod fi totum fit alicubi, nihil eius fit extra: fed hoc in Deo locum non habet. unde Aug. \* dicit in fermone de fymbolo, non per diuerfa tempora uel loca dicimus ubique Christum effe totum, ut modo ibi totus fit, & alio tempore alicubi totus, fed ut femper ubique fit totus.

ARTICVLVS IIII.

¶ Vtrum Christus aliquam moram traxerit in inferno.

**A**D QVARTVM fic proceditur. Videtur, quod Christus nullam moram traxerit in inferno. Christus enim ad hoc in infernum descendit, ut ex eo homines liberaret: fed hoc ftatim ab eo factum est in ipfo fuo defcenfu: facile enim est in confpectu Dei, fubito honeftare pauperem, ut dicitur Eccl. ii. ergo uidet, quod nullam moram in inferno traxerit.

¶ 2 Præ. Auguftinus \* dicit in fermone de refurreçtione quod fine aliqua mora, ad imperium domini ac faluatoris, omnes ferrei confracti funt ueftes: unde ex perfona angelorum concomitantium Christum dicitur, Tollite portas principes ueftas. Ad hoc autem Christus illuc descendit, ut ueftes inferni confringeret. ergo Christus in inferno nullam moram traxit.

¶ 3 Præ. Luc. 23. dicitur, quod dominus in cruce pendens dixit latroni, odi mecum eris in paradifo. Ex quo patet, quod eodè die Christus fuit in paradifo, non autem fecundum corpus, quod pofitum fuit in fe pulcro. ergo fecundum animam quæ ad infernum defcenderat: & ita uidetur, quod non traxerit moram in inferno.

¶ Super quæst. quinquagesimâ eundem articulum quartum.

**T**itulus clarus. ¶ In corpore unica conclusio. ¶ Creden dum est animam Christi fuisse in inferno quod corpus eius fuit in fe pulcro. Probatur ex proportionali fimilitudine, quia utrumque effectus, fcilicet defcenfum ad inferos & pofitione corporis in fe pulcro, ut noftas in fe penas fufciperet: hoc enim conuenientiffime fequitur, ut ambe fimul terminentur penè.

¶ Aduerte hic, quod penalitates Christi ufque ad refurreçtionem eius durauerunt, ut manifefte patet de pena feparationis anime a corpore: hæc enim cõftat fuftinuil fe Christum ufque ad refurreçtionem fiam. Unde conuenientiffime Auctor ex duratione penalitatis, quam in corpore fufcepit fe pulcro, arguit æqualem durationem penalitatis fufceptæ in anima ex utilitate loci inferni. ¶ Cum autem audis penalitates Christi

lib. 3. c. 10. m. 6. 9. 9.

3. d. 12. a. 1. q. 3. & 9. 6. c. 21. c. 1. ca. 1. m.

In fer. 2. de 1. cur. gel. in or. 3. d. temp. a mo. illius 10. 10.

3. dif. art. 2. opus c.